Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35998
Copyright: Melk, Benediktinerstift



cellens dnm nesciat. Et ait ad illos Quid est q̃ me
querebatis. Nesciebatis q̃a in his q̃ patris mei sunt
oportet me esse. Et ipi non intellexerunt verbum q̃d lo-
cutus est ad illos. quia adhuc non erat assueti talia
audire ab eo Et descendit cum eis et venit nazareth.
ad eos q̃ obedientes erant. et erat subditus illis ad matrem instruc-
tam et superbie mte q̃ suspicam Et mater eius conservabat
omnia verba hec conferens in corde suo. Et ihs proficie-
bat sapia non divina que in eo fuit q̃ non potest augeri
aut diminui cum sit infinita. sed humana in quantum
sapiam sua non ex humana sed etiam divina habebat
sicut sibi ex placitum et prout mte salutem expediebat.
Habitualis etiam sapia non fuit in eo augmentata. quia
ab instanti concepcois huius plenitudo sapie quanta potest conferri
ne humane. Et etate et gratia apud deum et homines.
Puer autem Johannes crescebat in augmento
corporis. et confortabatur spiritu in augmento gratie et virtutum
et erat in desertis usque in die ostensionis sue ad israel
ubi enim habitavit usque ad tempus predicationis sue. ut ibi
in templa loci liberius vacaret. et ut uuueris in deser-
tis austeram vitam duceret. ne ex cohabitatione pectoris
in tumultu populi macula aliqua in fama sua vita
contraheret.
Anno
quintodecimo imperii Tiberii cesaris. pontificante
pontio pylato judeam. thetrarcha autem galilee he-
rode philippo autem fratre eius thetrarcha yturee et tra-
conitidis regionis. et lysania abilene thetrarcha.
sub pontificibus sacerdotum anna et caypha. quod iam
non procedebat secundum genealogiam et dignitatem generis
prout in lege fiat statutum. sed passim a romanis
vendebatur. Factum est verbum dni super iohannem